1844

praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspensionibus fatalis Juris, proscriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Dybowski Gorskiemu Cedit.

757 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Albertus de Dybowo Dybowski, olim Generosi Alberti de eadem Dybowo Dybowski cum Generosa olim Anna Malczewska Consorte eius Legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Jure suo infrascripto, nempe de Interesia certa inter Illustrem et Magnificum olim Michaelem de Zebrzydowice Zebrzydowski primo Oboźnym Regni, postea vero Palatinum Cracoviensem ab una: et Generosum olim Nicolaum Wolski parte ab altera: ratione Bonorum villae Lohatyn et Mytwica in Terra Sanocensi consistentium summaque Decem Millium florenorum Polonicalium in eiusdem Bonis haerentis et Con-

tracti eodem assecurasse, aliarumque rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et Data illius Cracoviae Die Vigesima Septima Mensis Februarii Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo proxime praeterito confecta, conscripta, Actisque quibusvis authenticis Regni cum interpositione Vadii Summae Decem Millium Florenorum Polonicalium roborata, et ad Acta Castrensia Capitaneatus Sanocensis per oblatam porrecta, per eundem verò olim Generosum Nicolaum Wolski Gnoso Martino Pobiedzinski coram Actis praesentibus concedenda, posteà verò per suprascriptum Generosum Pobiedzinski sibi Recognoscenti coram Actis iisdem praesentibus abcessa, necnon de ipsa Inscriptione Roboratoria Intercisae praefatae atque eiusdem Inscriptionibus Cessionariis tum de Bonis suprascriptis Villis Pohatyn et Mytwica atque Summa suprascripta Decem Millium Florenorum Polonicalium Intercisa suprascripta Originali specificatis oneratis. Intercisa praefata, eiusque Inscriptione Roboratoria, atque Inscriptionibus Cessionariis suis in Tenore Lationibus. Cum parata Bonorum eorundem Intromissione, Tuitione, Evictione, pacificaque illi hucusque per se Recognoscentem continuata Possessione. Cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, atque omnibus et singulis Intercisae praefatae et eius Inscriptionis Roboratoriae, tum et aliarum Inscriptionum Cessionariarum Conditionibus punctis, clausulis, articulis, vadiis, ligamentis ac nexibus in Universum omnibus, Summaeque quoque et Bonorum Summa eadem oneratorum utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis

1846

nihil ex præmissis Iuris, Domini, proprietatis, ac cuiusvis competentiæ et prærogativæ pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum prout præmissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant Iam ex nunc et de facto Generoso Adamo Ioanni de Przyborow Gorski Camerario Granitiali Terræ Præmysliensis eiusque Posteris (accepta ab ipso pro præmissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit præsentibus, omneque et integrum Iussuum sibi ad præmissa serviens in personam eiusdem Generosi Adami Ioannis Gorski Camerarii Granitialis Terræ Præmysliensis Cessionarii sui, et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout transfert, transfundit, et incorporat præsentibus. In quod quidem Ius præsens cessum, summam, et Bona, summa eadem onerata, præmissaque omnia præsentibus condescensa, is idem præfatus Recognoscens prænominato Generoso Cessionario suo et illius Successoribus, iam ex nunc et de facto coram Officio præsenti dat et admittit realem Intronisitionem, et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos, die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsum Generosum Adamum Ioannem Gorski Camerarium Granitialem Terræ Præmysliensis Cessionarium suum eiusque Posteros, hoc idem Ius præsens cessum, summam ac Bona, summa eadem onerata, cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiisque et prærogativis quibusvis, tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis beneplacitos usus fructus, libere et

effectualiter conuertendi, praefati Iuris originalis ea omnia latius in se complectentis, praesentisque Cessi et transfusi vigore. Debebitque et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Albertus Dybowski, prout se, ac suos Successores, in et super Bonos suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis habitis et habendis, suprascripto Generoso Cessionario suo, eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus, ipsum, et eius Successores in dicto Iure cesso, Summa, ac Bonis Summa eadem oneratis, et ratione eorundem omnium, ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque Personarum cuiuscunque Conditionis, Status, et Sexus existentium ex re, persona et occasione sui Recognoscentis suorumque Successorum, Iurisque praedicti Cessi tantummodo et non vltra exorienda et emergenda in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri, defendere, euincere, intercedere ac eliberare indemnemque cum Posteris reddere, nec non hoc idem Ius cessum praesens, Summam, ac Bona, Summa eadem Iureque praesentibus cesso onerata, ab omnibus in genere Iuribus Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem praemissa omnia modo quouis cuicunque Personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus in eadem Bona praemissaque omnia praesentibus condescensa impetratis et impetrandis, Lucris denique et Perlucris, Processibusque Iuris quibusuis in quacunque et quadam Iuris dependentibus, et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus condescensis modo quouis perlucris et perlucrandis emundare et eliberare, munda que et libera semper facere et reddere, ac etiam Intromissi-

1848

onem praefatam coram Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum praefatorum praesentibus condescensorum, dum per Ministerialem et Nobiles duos requireretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et usumfructum praemissorum omnium quovis modo tam per se, quam per suas quascunque submissas et subordinatas personas non praepedire, nec adimere, ipsumque Cessionarium suum, et ipsius Posteros in praemissis omnibus praesentibus cessis et condescensis nullo modo inquietari, ita ut hoc Ius cessum, praefatis Summa, ac Bona Summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus condescensa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et praerogativa qualibet quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariae vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui possit. Idque sub Vadio Summa Decem Millium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem, sive eius Successores, praenominato Cessionario suo, sive illius Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbo, ac pro re aliqua principali, ex praemissis non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens, Generosus Albertus Dybowski, aut eius Successores, ad instantiam praenominati Generosi Adami Ioannis Łoski Camerarii Granicialis Terrae Praemysliensis, Cessionarii sui, sive eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense

1849

Capitaneale Præmysliense, sive etiam Sanocense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem ora inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes (durante eius) Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis Dilationibus et Legalibus impedimentis non differendo. ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis sive etiam Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia Literis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris, præscriptione Terrestri, Bello, Conventione, neque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo; Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Gorski Dybowskim debet

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosus Adamus Ioannes de Przybowowice Gorski Camerarius Grantialis Terræ Præmysliensis, sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibus que suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis 158

ad quod prius ex ys firmabitur